



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 109. Lusitani Regis bellum in Africa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1471.

§. CVIII.

*Res Castellæ, atque Arragonia.*

In Castellæ Regno Proceres plurimum intenti erant, ut excogitarent media, quibus Episcopos inter & Henricum Regem concordia redderetur; hanc in rem impetratum est a summo Pontifice, ut Segobiensis Antistes infra trimestre Romam venire juberetur, & Toletani Archiepiscopi caussa quatuor Sacerdotibus committeretur, demum vero instructa judicii acta Romam mitterentur. Verum hæc ipsa caussæ cognitio conjuratorum molmine impedita est. Magis secunda Aragoniensibus rebus adfuit fortuna; hi enim recuperata Gerunda urbe, hostes suos ingenti clade cæsos in fugam egerunt.

§. CIX.

*Lusitani Regis bellum in Africa.*

Alphonsus Lusitaniæ Rex vicitria sua arma ad Africanas etiam oras extenderat parabat; unde plurimis Regni sui Proceribus stipatus, in Africam trajecit, ibidemque mense Augusto secundis ventis appulit. Adeo valida, ac mire instructa erat Alphonsi classis, ut similem proiectior Majorum ætas ignoraret; numerabat enim navigia partim majora, partim

partim minora trecenta & amplius cum Sæcul. XV.  
 triginta armatorum millibus. De tenen- A.C. 1471.  
 da itineris, cursusque ratione seria Re-  
 gem deliberatio tenebat; Tingim enim  
 urbem primo aggredi inconsultum vide-  
 batur, Regemque nuperæ cladis memo-  
 ria absterrebat; ergo ad civitatem Arzil-  
 lam jactis anchoris classem sifflit, ac ne-  
 mine obnitente, milites suos in terram  
 exponit, urbemque impetu facto expu-  
 gnat, duobus Maurorum millibus deside-  
 ratis, captisque circiter quinque millibus;  
 Expugnata urbe tam opima victoribus  
 præda cessit, ut octingenta Hispanorum  
 aureorum (\*) millia colligerentur, quæ  
 Rex inter milites suos, qui in hac expe-  
 ditione ceteris magis præclara fortitudi-  
 nis suæ specimina edebant, distribuit,  
 ac infidelium delubrum, quod *Moschæam*  
 appellant, in Ecclesiam sub invocatione  
 B. Virginis assumptæ erexit, Arzillensis  
 vero urbis Præfectura Henrico de Menesez  
 Valentiæ Comiti, necnon Alcasariæ Gu-  
 bernatori demandata est. Hæc urbis ex-  
 pugnatio Tinginensibus tantum timorem,  
 terroremque incussum, ut & ipsi relicta  
 sua civitate, fugam arriperent. Re com-  
 perta

(\*) Vulgo hæc Moneta apud Lusitanos vo-  
 catur CRUISADE, quæ in valore suo sexta  
 pars Imperiale excedit.

Sæcul. XV perta Rex confestim admoto exercitu die  
A.C 1471. vigesima octava Augusti Tingin ingredi-  
tur, & Rodericum de Mello postea Oli-  
ventiæ Comitem urbis imperio honorat,  
ipse vero classem suam salvam, atque in-  
columem in patriam reducit.

## §. CX.

*Pontificis sollicitudo de bello Turcico.*

*Papiens. ep.* **407.408.414** *& seq.* Sixtus IV. neo-electus Pontifex acce-  
ptis Ecclesiæ clavibus ad componen-  
das Christianæ Reipublicæ cauſas serio  
animum adjecit, simulque Concilium in  
Palatio Lateranensi congregandi deside-  
rium præsetulit, ut in eo tam de discipli-  
na morum restauranda, quam de bello ad-  
versus Turcas gerendo ageretur, ac demum  
Pii II. consilia ad effectum deducerentur.  
Attamen Fridericus Imperator Papæ vo-  
tis obliuctari videbatur, ac Synodum Ro-  
mæ celebrari renuebat; quapropter re in  
longum protracta, alia demum remedia  
excogitare opportuit. Ergo ex sacri Col-  
legii consensu sancitum, ut Pontifex qua-  
tuor Legatos plena auctoritate munitos  
nominaret & Bessarionem Cardinalem  
in Gallias, Cardinalem Borgiam Vice-  
Cancellarium in Hispaniam, Marcum ve-  
ro Barbum Cardinalem Aquilejensem in  
Germaniam, & Hungariam ablegaret,  
qui dissidentes in illis regionibus Princi-  
pes